iurent cum iuratorib; idoneis hoc p malo ñ fecisse aut si fa
cere ñ potuerint sua lege compon&. Si u̾ serui flagellent(ur)
& ut de cetero in regno nr̃o nulla huiusmodi conspiratione
p sacramentum ne sine sacramento fiat.

De piuriis. x.

E piuriis ut caueant & ñ admittant(ur) testes ad iuramentum
ante quam discuciant(ur) & si aliter discuti ñ possint separent(ur)
ab inuicem & singulariter inquirant(ur) & ñ soli accusatori liceat
testes eligere absente suo causatore & omnino nullus nisi
ieiunus ad iuramentum uel ad testimonium admittatur. Si t̃ reprobatur
dicat ille qui eum refutat & probet quare illum recipere nolit. & de
ipso pago aut de uicinis centenis eligatur nisi forte longius extra
comitatum causa sit inquirenda. & si quis conuictus fuerit piurii pdat
manum aut redimat.

E aduocatis uice De aduocatis uice domnis. & c.
dominis. uicariis. centenariis; prauis ut tollantur & tales eligant(ur)
quales & sciant & uelint iuste causas discernere & terminare
& si comes prauus inuentus fuerit nobis nuntietur. De teloneis
E teloneis placet nobis ut antiqua & iusta telonea a nego
tiatoribus exigantur. Tam de pontibus quamq; de na
uigiis seu mercatis. Noua u̾ seu iniusta ubi funes ten
dunt(ur) t cum nauib; sub pontib; transit(ur) seu his similia

Heiligenkreuz 217. f. 243r

inciderit. ita ut talem censum inde persoluat qualis illi fuerit
constitutus. uel porcionem aliquam inde in beneficium accipiat
unde se sustentare ualeat. ... de decimis. xxxviii
Considerandum est ut de frugibus terre et animalium nutri-
mine persoluantur. De opere uel restauracione ecclesiarum co-
mes et episcopus siue abbas una cum misso nostro quem ipsi ad hoc ele-
gerint consideracionem faciant. et unusquisque eorum tantum
inde accipiat ad operandum et restaurandum quantum ipse
de rebus ecclesiarum habere cognoscitur. Similiter et uassi nostri uel in
commune tantum operis accipiant quantum rerum ecclesiasticarum
habeant uel unusquisque per se iuxta quantitatem quam ipse tenet.
Aut si inter eos conuenerit ut pro opere faciendo argentum donent
iuxta estimacionem operis in argento persoluant. cum quo precio
rector ecclesie ad predictam restauracionem operarios conducere
et materiam emere et emendare possit. Et qui nonas et decimas
dare neglexerit primum quidem illas cum lege sua restituat.
Insuper bannum nostrum soluat. ut ita castigatus caueat ne sepius ite-
rando beneficium amittat. De mancipiis in uillas dominicas
Si cuiuslibet mancipia in uillam nostram confuge- confugientibus.
rint actor eiusdem uille querenti domino ea non tradiderit.
sed statim ea foras de eadem uilla eiciat. et si se putat ad ea
repetenda iusticiam habere repetat et secundum legem adqui-
rat. Si uero tempore domni Karoli genitoris nostri in uillam

Heiligenkreuz 217, f. 261r

261 r